

# IN LOIMO.

## GRAPHIAM EXCEL-

### LENTISS. VIRI RODOLPHI

Goclenij Philof. & Medicinæ D. ac professoris

in Academ. Marpurg. Caspar Sturmius

Theol. D. & professor publ. in A-

cad. eadem.

**I**dem iustitia vindex, idemq<sub>3</sub> furentum  
Commissorum vltor Dominus, ne impune ferantur  
Crimina, & abruptis spariata licentia frenis,  
Centum informauit pœnas, certumq<sub>3</sub> solutis  
Moribus imperiam statuit, bellumq<sub>3</sub> famemq<sub>3</sub>  
Pallentem, & diram Ditis spiracula, pestem.  
Tristem homini pecorig<sub>3</sub> luem, quæ saepe vagando  
Mœnia sublati viduauit & oppida turbis.  
Idem etiam è miti clemens miserator Olympo,  
Vt venia est facilis subita, flectiq<sub>3</sub> paratus  
Cum satis à tergo increpuit, tor sitq<sub>3</sub> flagello  
Prostratos mœrore viros, viditq<sub>3</sub> lacunis  
Noxia flebilibus lacrymari admissa querelis,  
Substitit, irarumq<sub>3</sub> vndantia lora repressit.  
Hinc Medicina Dei virtus inuenta, viriq<sub>3</sub>  
Exorti herbarum succis florumq<sub>3</sub> potenti  
Seua ministerio qui damna luemq<sub>3</sub> nocentem  
Lapsandem cæcis tacita ad præcordia rimis  
Persequerentur, & in melius collapsa referrent  
Corpora: saepe tamen quia non percepta sefellit

(:) 4

Arti-

Artifices doctrina, vel experientia nondum  
Auctores firmata satis, delusit, ob illud  
Corrigere errores indeprensamq; priori  
Castigare alio vitium melioribus orsis  
Artifices alios decuit, quos gloria maior  
Pratulit, & rerum gnaros sapientia fecit.  
Hos inter cum tu fortunatissimus vnus  
Sis facile Rudolphe, sopheri patris amula proles  
Da mundo, da corporibus languentibus vnum  
Hoc opus, hanc operã clarã, monstraq; fidelis  
Qua profliganda decreta scientia pesti,  
Que ratio sit habenda, quibus prostrata medelis  
Discedat, pulsus ab anhelato corde venenis.  
Aut potius religata Erebo, trans tartara & orcum  
Exulet humanam nunquam offensura salutem.  
Sic tibi se longos tua vita propaget in annos  
Incolumi, seruansq; alios, seruansq; tibi te  
Eternum ingenti celebreris ad aethera samã.

IN